



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXXIX. An Discrimen Legis & Euangelij probet operum bonorum  
necessitatem?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

## QVÆSTIO XXXVIII.

*An homo post iustificationem maneat peccator? Simque iusti omnes pares?*

## LVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**VTHERO-CALVINISTÆ affirmant post iustificationem homines manere peccatores, manentibus peccatis in eis, licet tectis per imputatiuam iustitiam.

**CHRISTVS.** At ego inquam, Mat. 23. tales esse *similes sepulcris dealbatis, quæ intus plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia.* Similes Virginibus fatuis oleo iustitiæ carentibus, Mat. 25. Similes lupis rapacibus intus; foris licet in vestimentis ouium veniant. Mat. 7.

2. Aliter de me Vas meum electionis Rom. 8. *Prædestinavit nos conformes fieri imaginis Filij sui: ut si ipse Primogenitus in multis fratribus.* Istis verò quid difformis: Aliter Psaltes 50. *Asperges me, & mundabor: &c. Cor mundum crea in me Deus.* Sic, 1. Cor. 6. *Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis.* Sic, Eph. 1. *elegit vos, ut essetis sancti & immaculati in conspectu Dei.*

## LIX. ANTICHRISTIANISMVS.

**LYTHERANI** Iouinianissantes affirmant iustos inter se pares esse. Vide in *Luthero cal par. 4. q. 69. Et in Genial. p. 4. q. 15.*

**CHRISTVS.** At si verum, quod, Mat. 11. *Non surrexit maior Ioanne Baptistæ iam ceteros ei impares fuisse necesse est: Ut & Centurioni, De quo Mat. 8. non inueni tantam fidem in Israel.* Clare Luc. 7. *Remittitur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui minus dimittitur, minus diligit,*

Inde, Mat. 13. *Terra alia efferebat fructum tricesimum, sexagesimum, aliaque centesimum.*

2. Pariter & in *domo patris mei mansiones multe sunt: Ioan. 14. Quia 1. Cor. 15. Alia claritas solis, alia lune. &c. & stella differet à stella. &c.* Ita & iusti cum in terris, tum & in cælis. Plura in *Luthero-caluinista.*

## LX. ANTICHRISTIANISMVS.

**LYTHERO-CALVINIANI** negant iustos crescere in iustitia; ideoque pares esse; licet in virtutibus fide, sp., caritate crescant.

**CHRISTVS.** Ego docui *Caritatem* auge scire; ut *Ioan. 17. Dilige me & plures:* Ioan. 15. *Maiorem dilectionem enim enim habet, ut animam suam ponat, vis pro amica suis.* Hic consonant passim *Apostoli.* *Iustitia est ipsa caritas: ut docui Mat. 23. Nisi abundauerit iustitia vestra plus, &c.* id est, caritas: nam Scribas arguebam, quod diligenter solum diligentes se; at ego iusti quoque inimicos diligere, eisque heri bene. Sic, 2. Cor. 9. *Deus auget in remota si uigum iustitiæ uobis inhaerentis; non meæ Christi, quæ exaugere nequit.* Itaque *Prou. 4. Iustorum semita quasi lux splendens præcedit, & crescit usque ad perfectum diem.* Proinde *Apoc. 17. Qui iustus est, iustificetur adhuc; & qui sanctus est, sanctificetur adhuc.*

## QVÆSTIO XXXIX.

*An Discrimen Legis & Euangelij probet Operum bonorum necessitatem?*

## LXI. ANTICHRISTIANISMVS.

**LYTHERANI, CALVINIANI,** cæceterique *Sectarii* volunt posse hominem saluari, et

ri, etsi nulla opera bona operetur, aut Dei mandata seruet. Quidam eorum volunt necessitatem Præsentia; at non Efficientia. Plerique triplex discrimen legis & Euangelij fingunt, vt opera bona eliminent.

1. Vetus Test. esse legem operum: Nouum esse lætum duntaxat Nuncium; proinde nec Christum esse Legislatorem: Præceptaque Noui Test. pertinere ad Vetus.

2. Legem esse cum conditione operum: Euangelium verò gratuitum cum promissionibus absolutis, non conditionatis operum.

3. Legem terrere, minari; Euangelium consolari solum. Vide *Luthero-cal. par. 4. quest. 71. 72.*

**CHRISTVS.** *Narrauerunt mihi iniquas fabulationes.*

I. LEGES propriè pertinent ad Euangelium; iuxta prophetias, *Isa. 2. De Sion exibit Lex.* *Leu. 33. Ego dicor Iudex, Legisfer, Dominus.*

2. Deinde, Ego *Mat. 5. Legem Moysis confirmaui, explicauit, perfecit: Nisi abundauerit in iustitia vestra plus.* &c. Ideo dixi *ibid. Ego autem dico vobis, vt Legisfer. Non veni soluere legem; sed adimplere.* Idcirco, *Mat. 7. Eram docens sicut potestatem habens; non sicut Scriba, ex sola scientia; sed ex Autoritatis excellentia.* Quin ita conclusi: *Si quis ergo sulerit vnum de mandatis istis minimis, Moralibus sc. & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno celorum.*

II. MINAE item pertinent ad Euangelium.

I. Ipse enim talia: *Mat. 5. Qui dixerit fratri suo fatues, reus erit gehennæ ignis.* *Mat. 7. Omnis arbor que non facit fructum boni, excidetur, & in ignem mittetur.* Similium plena omnia.

FIN GVNT quidam ista ad vetus Test. referenda.

AT ita plerique sermones mei spectarent eodem, & Noui Test. pars posterior foret Vetus. Idem de Apostolicis scriptis, dictisque statuendum esset. Id quod est Lucem appellare tenebras. Euangelium tamen, licet terreat, lætum nuncium dicitur ob nunciatum saluatorem, remissionem peccatorum, cælum reteratum, Sp. sanctum missum, qui est caritatis & timoris, sed filialis ac casti.

III. PROMISSIONES Euangelij sunt CONDITIONALES. Vnde dixi, *Nisi abundauerit.* &c. *Mat. 9. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Vide hic *Luthero-cal. p. 4. q. 72.* *Luc. 10. Domine; quid faciendo vitam aeternam possidebo?* &c. *Hoc fac, & viues.* Hæc conditionata promissio est; non absoluta; non ironica; vt fingunt. Plena talium conditionum scriptura est. *Mar. vlt. Qui crediderit, salu<sup>9</sup> erit.* Nec pluribus opus in re liquida.

#### QVÆSTIO XL.

*An Libertas Christiana probet operum bonorum necessitatem ad salutem?*

#### LXII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINIANI iuxta contendunt Christianos esse exleges; opera bona esse fructus & signa fidei; tamen indifferentia esse oportere, vt nec præcepta, Nec prohibita; quæque nec damnare, nec iustificare valeant; si eque facienda, vt quæ sint à Deo acceptanda; non vt examinanda; &c. Vide *Luthero-cal. p. 4. q. 74.*

CHRISTVS. I. At iam liquet Me verum Legislatorem; prædictum, & esse; & Euan-